

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Quæres ad motum adhibendæ. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

& lectulorum mole vndeque oppressus contineri potuit. Post quam menti restitutus est, reliquo procuratore regni filio, Microsolyman expiandorum homicidiorum, per pios cruciatus, gratia proscitus est, atque in Cyprio defunctus.

Sunt omnino, & sonorum, & earum rerum, quæ corporis subiiciuntur oculis admirabiles effectus, & stupendi nonnunquam magis, quam imitandi. Rarus est enim istorum locus, neque apud prudentes viros probantur illi concionatores, qui in concessionibus de venerandis Domini cruciatibus, fictas personas, & corporeas suppliciorum imagines, cum nouitate subiiciunt oculis, inter quæ, ridicula nonnunquam possunt occurere, quæ tantum abest, ut dolorem concident, quin risum potius elicant. Quam ob rem, & ab huiusmodi dramatis cauendum est, & oratione magis, qua nihil homini nobilium datum est, quam istis signorum fragmentis vtendum; quanquam, & lugubris Musica, hic moderate appolita, non erit importuna.

Quares ad motum adhibenda.

C A P V T VIII.

*Ratio mo-
sundi ab
hypopy.*

*Aristid. in
orat. de
Smyr.*

*Sunnis
Aristid.
mosus.*

Quoniam igitur haec figuramentorum species, rariorem in oratione obtinet locum, tenendus est modus, qui ad has effigies propius accedat. Valebunt imprimis viuae rerum descriptions, quæ acutissime sensus intimos ferire solent. Exemplum affero. Smyrnæ urbe nobilissima terræ motu collapsa, pererat Aristides Legatus apud Antoninos, ut instauracionem promoueat. Non desert ruinarum picturam, quod facere solebant, qui naufragio fortunatum iacturam fecerant, sed ipse luculenta descriptione, maserae verbis fatus ponit ob oculos. Κατα Σμύρνα τὸ δ' Ασίας ἀλημα, τὸ δὲ οὐστέρας εἰς καλλιώπια μηδεμονίας, πυρὶ καὶ σεισμοῖς οὐ γένεσισ, &c. Deinde postquam eius pulchritudinem, quam nuper ipsi Imperatores videbat commemoravit, exclamat. Νῦν πάντα οὐ κόνει μέμυκε μὲν ἔχει Θεοφάνεια, οὐχεται δὲ θεοφάνεια καλλι. Κόσμοις δὲ οὖν αφανεῖς. Γυναῖκα δὲ αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ παισὶ διέθεται. Ναοὶ δὲ οἱ μὲν κανταριοὶ οἱ δὲ καριδύσται. Ηδὲ

πρὸς θεαν ὁραστάτη πόλεων, δὲ τῇ καλλιδεῖ πάνυ μος ἄνθρωποις ἀπασιν ἀφοράτοις θεαμάτων ἀποπέφανται καλεοντες ἐρεπτον καὶ νεκρῶν. Στέφυρον δὲ ἐρημηνέπενες ιατροί Smyrna ονταντοντα Asie, vestri decus impeij, igni, ac terra moribus contrita (mox narrata eius pulchritudine) hęc nūc omnia sunt in cinere. Clausus est portus ille, perierunt fori ornamenta: Viarum decora evanuerunt: gymnastra cum ipsis viis, & pueris collapsa: templa partim iacent, partim hausta sunt. Iucundissima denique spectaculū vībs, & pulchritudinis apud omnes insignis cognomento, insuccundissimum effecta est spectaculum, ruinarum, & caderum tumulus. Nunc vero desertam perflant Zephyri. Ad hās voces Imperatores lachrymas non tenerunt. Suaus est enim omnino motus. Hic Ciceronis, grauis est, & efficax. Ponit igitur ante oculos, P. Trebonij conscripti, misera quidem illam, & flexiblem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam: nocturnum imperium in vibem Asie clarissimam, irruptionem armatorum in Trebonij domum, cum misera ille prius latronum gladios videbat, quam quae res esset audiret: furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque eos illud infame, vincula, verbēta, eculeum, carnificem, tortoremque famarium. Haec Hypotypos species. Sic apud Euripidem cuiuscetera Euripid. in Media, flammis Creusa, & infelicissimi parentis lacera filiæ corpori pertinacius adhaerens. species, licet per nuntium narretur, potentissima est ad affectus.

Quid Q. Haterius? cum de filia Archipirata diceret, quam captiuus adolescentis abducerat: omnia terrore compleuit. Deinde ad adolescentem conuersus. Quid exhorruisti? socer tuus venit.

Narratio, non modò descriptions, sed ipse pene nudæ rerum narrationes, in rebus magnis, maxime tristibus, sufficiunt ad motus elicendos, modo cum ea, qua par est, siant digni. & simplicitate.

Narratio de supplicio Gauj Cossani apud Cic. vlti. in Ciceronem, in qua simplicem rei gestas ex V. rem. positionem profiteretur, plus me afficit, quam Gauj si omnia exaggeratione, & clamoribus Cossni confreterent: quantam enim vim habent illi. pud C. if. suplicia. lus

Cædebat virgis in medio foro Messana sicissimi ciuis Romanus, Iudices, cum interea nullus ad motum

descriptum Ius gemitus, nulla vox alia, istius miseri inter
Figure, sen- dolorem, crepitumque plagarum audiebatur,
tentia su- nisti hæc. Cuius Romanus sum: Et cætera plane
blimes apta admirabilia.

ad motum, Tertiò, multum valent ad incendendos
vibrantes, figuræ sententiae graues, admirabiles,
inflammatae, ut exclamations, detestations, direæ aporiae, conuersiones, querimoniae, lamentationes, quarum illustria exempla aliis subiecta sunt. Maxime autem apta
personarum sermocinaciones, quales sunt a
pud Josephum in Eleazar, & Machabæoium
supplicio.

*Joseph de
Machab.
Multum
valent ser-
mocinatio-
nes cum
hypotho-
comunitate.*

Οὐ θεόμακ σε παύεσθα νόμε, οὐ δι-
δειχμασ σε φίλη ἐγκράτεια, οὐδὲ κατε-
σχύω σε φιλόφρον λόγε, οὐδὲ δέχαρη σο-
ματί σε εργοσύνη λεπία, η νομοθεσίας θη-
σμού, ἀγνόν με οι πατέρες προσδέχονται,
μὴ πεθάνετα. Κατὰς μέχρι θανάτου ἀνά-
θεται.

Nunquam te mentiar, ô lex vitæ moderatrix, nunquam te violabo dilecta temperantia: nunquam te, sancta Philosophia, dederis afficiam: nunquam te denegabo, venerabile sacerdotium, & literarum legum scientia: purum me, & intaminatum parentum manes accipient, nec ullus me mortis, & suppliciorum timor instingeret.

(Deinde cum miserabilis affectu describitur carnicina.)

*Eleazar
supplicium
ex Josepho
expressum.*

Cum hæc Eleazarus, ea, quæ erat libertate, & iustitia prædictus palam diceret, armatorum, qui circumstabant manibus trahitum ad pœnam, nudatur, suspènditur, flagellatur: quo eo utroque latere iecti impios perferre. Præco clamabat, Expugna tandem pœnitaciæ senex, & Regi obtempera. Magnanimus autem Eleazarus, nec flagellis, nec tormentorum iictibus fatigabatur, quasi per quietem, somniumque acerbissima quaque pateretur: lecurus igitur, & intrepidus, pœnarum ferbat dolores, & venerando erigens ad cœlum oculos, sciebat cui se credicerit, cui animam dedicaret, & hinc, atque inde respiciens corporis sui frusta dissoluti, cruentem exundantem latere utroque profluere: mirabilium ipse suum, quam Deo noverat deheri patientiam. Tamen fragilitatis humanæ conditione, quæ cruciatus tam exquisitos esse vis poterat, in faciem semilarceram suam, eas gratias stratus agens Dominus, quas paulo ante stando egisset. Vnus vero

ex armigeris parcitus furore, atque insaniam Regi sic fidem in re tam prophana, tamque sacrilega ostenderet, iacentem calcibus suppedit, & quod ad acerbiorem supplicij sacrificiam tractaretur, exegit: ille vero & animo fortis, & corpore, ac summi Dei verus ubique Athleta, dolorem omnem intrepidus ferbat, tortoresque omnes patiendo debellabat.

Summa interim lacerantium admiratio, quod viribus (ut existimabatur) destitutus senex, omnem suppliciorum iritatem tam patienter toleraret. Inclamabant interdum: Quousque, Eleazare, obfirmatum aduersus omnes animum retinebis? nec te huius lucis vifra capiet, nec tot suppliciorum immanitas terribilis gustu porcinas carnes, & ex in libertatem.

Eleazarus qui in pœna tacuerat, in tam sanguinaria persuasione non tacuit, & hoc verbo grauius laceratus, quam supplicio: Non ira (inquit) non ita ignauit, & imbellies Hebraeorum filii sumus, ut viam salutis, quam vñque ad canos istos sine labore seruauimus, tam per fidios mortis impendens metu deseramus, in tuis sanctissime parens Abraham manus, & in finum tuum, gremiumque venturi, gratissima voluntate moriemur. Hoc robor iuuentus armigeri, sanctissimum fœnum, iussu regis, instillatis prius in nares fœtidis liquoribus, in ignem imposuere.

Quæ omnia vir admirabilis fortissime pertulit, tum semiuulnato corpore, morientibus oculis cœlum respiciens, exclamat. Tibi, rerum omnium parens optime, & sanctissime, fragiles has exuicias depono: tibi, & tuae legis amore, hanc quam dedisti animam lubens, volensque profundo: Accipe me pro cunctis, & dona mihi cunctos, si mors mea laborum, & ærumnarum omnium finis miseragentis, quam hucusque sub alis clementiæ tuae seruasti.

Hæc, & his similia Grecus author persequitur, quæ (ut appareat) etiam si simpliciter narrarentur, miram habent affectus suavitatem, nec dissimilia sunt, quæ in eodem arguimento habet D. Ambrosius l. 2. de Jacob, & vita beata, ubi sic de Machabæis.

Nemo timuit, nemo trepidauit, nullus ad *Ambros. l.*
mortem ex rot fratribus pigror fuit, sed om- *2. de Jacob.*
nes, tanquam ad immortalitatis viam, ita *c. 12.*
ad mortem per acerba supplicia concurre-
runt: & mater confona cernens filiorum
agmina,

agmina, tanquam pia anima, sui membra corporis in filiis offerebat, & per artus proprios videbatur sibi subire tormenta. Cadebant filii tormentis exulcerati, mortui super mortuos aduoluabantur, corpora super corpora volutabantur, capita super capita excabantur. Referrit erat locus cadaveribus filiorum, non fleuit mater, non lamentata est, non oculos cuiusquam prestit, aut ora morientis clausit, non lauit vulnera, sciens gladios esse, si cuiscerati, & concreti patiter puluere, & sanguine viderentur, quales solent de bello redire videntes, qualia solent trophae ex hostibus reportare. Quæ cyathara dulciores ederet cantus, quam morientes filii in tam grauibus supplicijs ediderunt, erumperebat enim naturæ gemitus, etiam iniurias.

Hæc vir diuinus: Suam vero Agnetem, quo affectu exprimit? cum tubis omnibus hæc vox potior est?

*Narratio
D. Amb. de
morta Agne-
te motus ef-
ficax. lib. I.
de virginib.*

Fuitne in illo corpusculo vulneri locus: & quæ non habuit, quo ferrum reciperet, habuit ynde vinceat. At istius ætatis puellæ, toruos etiam vultus parentum ferre non posseunt, & acu distracta solent puncta fere, quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnificum impauida manus, hæc stridentium grauibus immobilibus tractibus catenarum, nunc furentis macroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras intuta raperetur, tendere Christo inter ignes manus, at que in ipsis sacrilegis focis, trophaeum Domini si, nate victoris: nunc ferratis colla, manusque ambas inferere nexibus: sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere. Nouum martyrij genus! nondum idem pena, & iam matura victoria: certare difficilis, facilis coronari, magisterium virtutis impletum, quæ præiudicium cerebat ætatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, vt ad supplicij locum leta successit, gradu festina viogo processit, non intorto crine caput compita, sed Christo, non flosculis redimita, sed mortibus. Flero omnes, ipsa sine floru. Deinde trahit illi orationem.]

Sponsi iniuria est expectare placitum. Quirme sibi prior elegit, accipiet: quid percussor moraris? Pereat corpus, quod amari posset oculis, quibus nolo: Stetit, orauit, cetericem inflexit. Ceteres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset, tremere percussoris dextram, pallere ora, alieno timentis periculo,

cum puella non timeret suo. Hæc magnam, & planè illecebrosam vim habent ad amoris, miserationis, odij, iracundia, & cæteros affectiones excitandos, & si sæpius ira gloriosa illa martyrum certanua, victoria, triumphi, ea, quæ par est, dignitate narrarentur, fructus parcerent infinitos.

Ad istas autem, quæ singuntur, prosopopeias, iuuerit appositæ, prout fert ei narratæ naufragia, nonnullas subrexete exclamations, ut in supplicio Gaii præstiterit Cicero, postquam eniat miseri istius repetitum clamorem, Cuius Romanus sum commemorauit, statim erumpit in item exclamacionem.

O nomen dulce libertatis! o ius eximium nostræ ciuitatis! o lex Poreia, legesque Semproniae! o grauiter desiderata, & aliquando redditæ plebi Romanæ tribunitia potestas.

De qualitate affectuum lenium, & violentiorum.

Et quomodo ijs tyndrum.

CAPVT IX.

Affectuum alij lenes sunt, alij violenti, & illi quidem suauiter influunt, hi citato quadam impetu vibrantur. Hi doloren moderatum decent, illi quasi iracundia satelles ad subita excubant, & vehementius exiliunt illi tractantur securius, hi in tumorem plerique degenerant. Exemplum lenis, & moderati affectus. tale est apud Quintilianum, vbi ipse filij mortem defles.

Illum, inquit, de quo summa conceperam, Fab. 1.6. & in quo spem uniac senectutis meæ re-affidum ponebam, repetito vulneri oibitatis amissi. lenium ex Quid nunc agam, aut quem ultra esse vsum exemplum, mei Dijs reprobantibus credam? Nam ita forte accedit, vt eum quoque librum, quem de causis corruptæ eloquentiæ emisi, iam scribere aggressus simili iusto ferirer. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, & quicquid hoc est, in me infelicum literarum, super immaturum funus consumpturis, viscera mea flammis injercere, neque hanc impiam viuacitatem, nouis insuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus patens ignorat, si studere amplius possum? ac non oderim hanc animæ mei firmitatem, si quis in me est aliis vissu vocis, quam vt incusæ Deos, superstites omnia